


1838. 1839 tabulae abeneae duae repertae Zuglii a. 1811, extant Cividale in museo.

1838 C · BAEBIO · P · F · CLA
ATTICO
II VIR · I · d · PRIMOPIL
LEG · V · MACEDONIC · PRAEF
5 CIVITATIVM · MOESIAE · ET
TREBALLIAE · PRAEF · CIVITAT
IN · ALPIB · MARITVMIS · Tr · MIL · COH
VIII · PR · PRIMOPIL · ITER · PROCVRATOR
TI · CLAVDI · CAESARIS · AVG · GERMANICI
10 IN NORICO
CIVITAS
SAEVATVM · ET · LAIANCORVM

1839
c. b.  io p. f. cla
a t t I C C ii vir. i. d. primo
p i l o LEG · V macedonicae
praef. ci VITA ium moesiae et tre
5 b a l l i AE · PRAEF · ciuitat. in
alpi b. mARITumis tr. mil. coh. viii
pr. p r i m o · P i l o iter. procurator
ti. claudi CAESARIS aug. germanici
IN NORICO
10

Contuli. Habent Zuccolo ms. diligenter delineatas; Siauve in epistula *sugli ultimi scavi di Zuglio* (Veronae 1812) p. 14. 15, item in epistula de antiquis Norici viis urbibus et finibus (Veronae 1812) p. XV, cuius vidi exemplum ab ipso auctore emendatum; Labus qui vidit in praef. ad Ph. A. Viscontii et Guattanii *mon. du musée Chiaramonti* (ed. Mediol. 1822) p. LXI tab. C. D (inde Asquini *Forogiulio* p. 62, Arneth *Wiener Denkschr.* 1, 277); Kandler in *Istria* 1847 p. 40; Henzen n. 6938 et ex libris et ab Orlandio.

In priore 3 II VIR I III Zucc., II VIR II ego; litterae D fragmentum agnovit Siauve, pro O habens. — 6 TREBALLIAL II Zucc., TREBALLIA III ego. — In altera v. 1 dedi ex Zucc. et Siauvio. — 10 NS II ego mihi videre visus sum, FIVSDD II EF Siauve et ita Zucc., nisi quod secundam litteram omittit. In editis exemplis haec desunt. — Cum Saevatum civitate conferendi sunt Sevaces (Σεούαζα), qui teste Ptolemaeo 2, 13, 2 in Norico occidentali ad septentrionem sedem habuerunt, item quod iam contulit Henzenus, *Sebatum* secundum itinerarium Antonini p. 280 quaerendum ad oppidum S. Laurentii in valle *Pusterthal*. Laianci plane ignoti, nisi forte latent in populo quem cum Sevacibus istis componit Ptolemaeus ΑΛΑΥΝΟΙ, quod potest corruptum esse ex ΑΛΙΑΓΚΟΙ.

Tribus et magistratus videntur indicare Atticum oriundum fuisse ex Iulio et hunc ei honorem habitum esse a Norici civitatibus in patria. De primipili iteratione v. ad n. 867.

1840 ex Iulio Carnico in angulo ecclesiae plebis Tulmetii HERM. *Nel muro della chiesa della nostra pieve di Tolmeggio* AMBROS. similiterque MANUT. *Nella chiesa di Pieve sopra Tolmezzo* VALV.

M · IVVENTIVS
M · F · CLA
OCLATVS · VET
COH · VIII · PRAET
5 T · F · I · SIBI

Valvasoni *descr. della Cargna* n. 8 (inde a Turre p. 400, ex eo Mur. 828, 2 et Bertoli p. 172 n. 181); Hermacoras ms. et ed. p. 25 (inde male Grassi Carnia p. 56); cod. Ambros. R. 125 sup. scr. c. a. 1580 eodemque exemplo Manutius cod. Vat. 5237 f. 139 a R. Cyllenio (inde male Dominus 6, 164 ex schedis Manut.). A prioribus opinor Liruti *misc. di var. oper.* 4, 311.

4 CHO Herm.

1842 apud Iulium: antiquissima Carnorum civitas in provincia Foriulii PARM. *Vedesi murata nel basso di una casa di Zulio* LEONI.

D · M
M · VOLVMNIVS
M · F · CLA
V R B A N V S
5 DEC · COL · IVL · KAR
II VIR · I · D
M · VOLVMNIVS
ARDEATINVS
PATRONO · B · M
10 ET · IVLIAE
IVCVNDAE
VXORI · KARIS

1841 hora in Udine in casa Brazzachi VALV. 1565, referens post Iulienses et fortasse Iulio adiectum esse significans. Utini in curia nobilium de Crussaco COD. CAPIT. C. a. 1640 Iulii cum aliis titulis Dominici Ruzini Veneti praetoris iussu effossus, nunc Utini in aedibus Caiselliorum LIRUTI, de anno certe errans. Ibidem adhuc.



C RETINACIVS
C · F · VIR · T · F · I
RETINACIA · L · F · SE
CVNDA · VXOR
5 RETINACIA · L · F · GAIA
L · RETINACIVS · L · F · CRISPVS

Contuli. Valvasonius *descr. della Cargna* n. 6 (inde Henr. Palladius p. 69 et Grassi Carnia p. 59); cod. bibl. capit. Utin.; Fabretti 642, 362; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 305 qui ligno incidit; Mur. ms. et 739, 8 a Beretta; Bertoli p. 245 n. 327 qui vidit; Pococke p. 124, 12.

Codex Parmensis Kiriacanus f. 56, unde ed. Viviani in versione eclogarum Vergilianarum q. n. v. et Asquini *Forogiulio* p. 5 coll. p. 54. Asquinius citat praeterea titulum ex adnotatione a notario Baptista Leoni ex pago Venzone adscripta ad Ptolemaei Italice versi ed. a. 1561; quae allegatio vide ne ficta sit.

12 KARISS Asq.

1843 Iulii Carnici ad parietem domus Venturini LIR. DE RIVO GRASSI.

lectio vera:	lectio interpolata:
	

Liruti *misc. di var. op.* 4 (1741) p. 309; de Rivo p. 9; Grassi Carnia p. 55; Lucianus descripsit. Asquini *giard. suon.* p. 23 ligno expressam profert tamquam emendatam ex schedis Cortenovii, in quibus non extat. Supplementa quae adscripti sunt Asquinii.

Quattuor testes idonei plane consentiunt, nisi quod Grassius praescribens *due frammenti di marmo attaccati in una muraglia* huic continuat n. 1844: M · ADDVXE | NOC · VITOR. Quem errorem cum committere non posset, si transscripsisset ex Lirutio, non ex ipsis titulis, typus eius firmat omnino eum quem dedimus. Quibus cum accedat apud Cortenovium, quem auctorem laudat Asquinius, titulum hunc desiderari et sane suspicose ex paucis litteris quas Asquinius addit subito emergant coloniae decuriones balineaque, supra p. 81 iam monui mihi et de hoc titulo actum esse videri et Asquinii fidem multis praeterea nominibus suspectam hoc vel maxime labefactari.

1844 duo fragmenta marmorea in vico Iulio in quodam muro inserta HERM. similiterque LIRUTI. Pars inferior nunc est Cividale in museo.

<i>lapis lapidesve Zuglii visi:</i>	<i>fragmentum musei Civald.:</i>
PVB · CONSIDIVS M · ADDVXERE NOC · VITOR REGONTIVS 5 S E M E N T I	REGONTIVS SEQVENS

Hermacoras ms. et ed. p. 26; Liruti *misc. di var. oper.* 4, 323 ex lapide et Hermacora; Bertoli p. 444 n. 665 ex Hermacora, quem citat sub falso nomine Valvasonis; Grassi Carnia p. 55, ubi confunditur cum altero fragmento n. 1843; Cortenovis in corrig. ad Bertolium; Lucianus descripsit.

Totam refert solus Herm.; Liruti Grassi Cortenovis Lucianus non dederunt ex lapide nisi v. 2. 3. — 2 M · ADDVXERE Herm. indeque Liruti Bert., M · ADDVXER Luciani, M · ADDVXE Grassi Cort. — 3 sic Liruti Grassi Cort., V · NOC · VITOR Luc., HOC VICTOR Herm. a me visus, INOC VICTOR Bert. — 4. 5 om. Bert., 5 etiam Liruti. — Fragmentum hodie Civaldense num sit inferior pars tituli ab Hermacora quondam descripti, potest dubitari; magis tamen crediderim esse. Immo v. 1. 2. 3 et v. 4. 5 fortasse plane separandi.